



Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

45. Vt Cambiare Vel Qvaerere nullus audeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

Si forte referentem aliquem talia audierit,
obmutescere faciat, vel quantocius poterit,
cito pede obedientiae inde discedat, & ole
venditori aurem cordis non praebat.

43. DE QVAE STV ET ACCES-
ptione.

Verum enim uero, si aliqua res sine qua
stu cuilibet fratri data gratis fuerit, deferat
Magistro vel Dapifero: si vero aliter suus
amicus vel parens dare, nisi ad opus suum,
noluerit, hoc prorsus non recipiat, donec li-
centiam a Magistro suo habeat. At cui res
data fuerit, non pigeat illi, si alteri datur: im-
modo pro certo sciatur, quia si inde irascitur, con-
tra Deum agit. In hac autem praedicta regula
ministratores non continentur, quibus spe-
cialiter hoc ministerium debetur, & conce-
ditur de mala & sacco.

44. DE MANDVCARII EQVO-
rum.

Vtilis res est cunctis, hoc praceptum, a
nobis constitutum, ut indeclinabiliter amo-
dè teneatur. Nullus autem frater facere pra-
sumat manducaria linea vel lanea, idcirco
principaliter facta; nec habeat villa, excepto
profinello.

45. VT CAMBIARE VEL QVAE-
rere nullus audeat.

Nunc aliquid restat, ut nullus praesumat
cam-

cambiare sua, frater cum fratre, sine licentia
Magistri; & aliquid querere, nisi frater fra-
tri, & sit res parua, vilis, non magna.

V T N V L L V S A V E M C V M A V E 46.
*capiat, nec cum capiente in-
cedat.*

Quod nullus auem cum aue accipere au-
deat, nos communiter iudicamus: non con-
uenit enim religioni, sic cum mundanis dele-
ctionibus inhærere, sed Domini præcepta
libenter audire, orationibus frequenter in-
cumbere, mala sua cum lacrymis vel gemitu
quotidiè in oratione Deo confiteri. Cum
homine quidem talia operante, cum accipi-
tre, vel alia aue, nullus frater remanens hac
principali causa ire præsumat.

V T N V L L V S F E R A M A R C V 47.
vel balista percutiat.

Cum omni religione ire deceat, simpli-
citer; & sine risu, humiliter; & non multa ver-
ba, sed rationabilia loqui, & non sic clamosa
in voce: specialiter iniungimus & præcipi-
mus omni fratri professo, ne in bosco cum
arcu aut balista iaculari audeat, nec cum illo,
qui hoc fecerit, ideo pergit, nisi gratia eum
custodiendi à perfido gentili: nec cum cane
sit ausus clamare vel garrulare; nec equum
suum cupiditate accipiendi feram pungat.